

## Sallusti Crispi: De Catilinae Coniuratione 11, 1-8

1) Sed primo magis ambitio quam avaritia animos hominum exercebat, quod tamen vitium propius virtutem erat. 2) Nam gloriam, honorem, imperium bonus et ignavos aequae sibi exoptant; sed ille vera via nititur, huic quia bonae artes desunt, dolis atque fallaciis contendit. Avaritia pecuniae studium habet, quam nemo sapiens concupivit: 3) Ea, quasi venenis malis inbuta, corpus animum/que virilem effeminat, semper infinita, insatiabilis est, neque copia neque inopia minuitur. 4) Sed postquam L.Sulla armis recepta re publica bonis initiis malos eventus habuit, rapere omnes, trahere, domum alius, alius agros cupere, neque modum neque modestiam victores habere, foeda crudelia/que in civis facinora facere. 5) Huc accedebat, quod L.Sulla exercitum, quem in Asia ductaverat, quo sibi fidum faceret, contra morem maiorum luxuriose nimis/que liberaliter habuerat. Loca amoena, voluptaria facile in otio ferocis militum animos molliverant: 6) Ibi primum insuevit exercitus populi Romani amare, potare, signa, tabulas pictas, vasa caelata mirari, ea privatim et publice rapere, delubra spoliare, sacra profana/que omnia polluere. 7) Igitur ii milites, postquam victoriam adepti sunt, nihil reliqui victis fecere. 8) Quippe secundae res sapientium animos fatigant: ne illi corruptis moribus victoriae temperarent.

exercere	hier: quälen, (jemandem) zusetzen
vitium, -i n.	Laster, Verfehlung
ignavos (ignavus, -a, -um)	hier: untüchtig, unfähig
niti, nitor, nisus sum (m. Abl.)	sich stützen auf, sich verlassen auf
fallacia, -ae f.	Betrug, Täuschung, Verstellung
habere	hier: beinhalten
inbutus (imbuere)	getränkt („benetzt“)
insatiabilis, -e	unersättlich
rem publicam recipere	die Gewalt über den Staat bekommen
initium, -i n.	Anfang
eventus, -us m.	hier: Ende, Folge
trahere	hier: plündern, wegnehmen
modestia, -ae f.	Mäßigung
foedus, -a, -um	scheußlich
amoenus, -a, -um	schön, lieblich
potare	saufen
vasa caelata	ziselierte Metallgefäße
delubrum, -i n.	Tempel, Heiligtum
polluere	beflecken, besudeln